



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

XVII. Qvomodo Pveros Christianos à paganis separauit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

QUOMODO PVEROS (CHRISTIANOS à paganis separauit.

**V**MQ; sæpius eandem frequentaret Ecclesiam, quodam tempore pueros in platea ludentes inuenit, quos dum lingua barbara salutasset, vultu coniocando illis etiam CRVCIS signo eos benedixit, & paululum procedens, intellexit, quod vniuersi relictis ludis suis, visendi studio collecti, à tergo sequuntur Episcopum, hominum ignotorum, vt est mos illi ætati, aspectum habitumque admirati. Substitit homo Dei, & circumfusus blande alloquens, sciscitatur si aliqui ex eis baptisma percepissent. Illi se mutuo respicientes, cœperunt inuicem prodere, qui fuerint ex eis baptizati. Quos Episcopus seorsum vocans, quærit ab eis, voluntatis eorum sit, tenere velle; constanter affirmantibus, Episcopus, si, inquit, Christiani esse velitis, & fidem seruare baptismi, istos non baptizatos & infideles pueros ad ludium vestrum admittere non debetis. Qui statim iuxta verbum Episcopi similes cum similibus congregati pueri baptizati non baptizatos abijcere & abominari cœperunt, nulla eis ludi societate communicantes. Itaque videre pulchrum erat, quomodo hi de professione Christiani nominis gloriantes, familiarius agere & auidè intueri & audire doctorem, etiam inter ludos suos; illi autem quasi de infidelitate confusi & exterriti, à longius stare. Sed pater optimus & credentes miti sermone ad fidem plenius pro ipsorum capacitate instruxit; non credentes vero ad credendum tam diù exhortabatur, quousq; baptizari se & Christianos fieri omnes flagitent,

LII 2

QUOMO